Ros Dok Rostocker Dokumentenserver
Dieses Werk wurde Ihnen durch die Universitätsbibliothek Rostock zum Download bereitgestellt.
Für Fragen und Hinweise wenden Sie sich bitte an: digibib.ub@uni-rostock.de

Johann Quistorp

Programma Rectoris Academici Johannis Quistorpii, D. Theolog. Past. I. & Prof. P. Quo ad eundum Exequias Ornatissimae Virgini B. Margarethae von Thienen/ invitat Omnes omnium Ordinum Academicos, P.P. d. XXX. Martii An. M.DC.LX. sub Sigillo Rectoratus

Rostochii: Kilius, 1660

http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn777419696

Druck Freier Zugang PUBLIC DOMAIN

Quistorp, J.

in M. v. Thien

Rostock 1660.

Universitäts Bibliothek Rostock

http://purl.uni-rostock.de
/rosdok/ppn777419696/phys_0001

DFG

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de
/rosdok/ppn777419696/phys_0002
DFG

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de
/rosdok/ppn777419696/phys_0003
DFG

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn777419696/phys_0004
DFG

PROGRAMMA
RECTORIS ACADEMICI
JOHANNIS QVISTORPII,
D. ΘΕΟΛΟΓ. Paſt. J. & Prof. P.

Quo
ad eundum
EXEQVIAS
Ornatiſſimæ VIRGINI
B. MARGARETHÆ
von Thienen/
invitat
Omnes omnium Ordinum Academicos,

P. P. d. XXX. Martii An. M.DC.LX.
ſub Sigillo Rectoratus.

ROSTOCHII
Typis Hæredum NICOLAI KILII, Academ. Typographi.

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn777419696/phys_0005
DFG

Cyprianus,
De Immortal. Animæ.

Non ſunt lugendi Chriſtiani, accerſione Dominica de ſæculo liberati, cum ſciamus eos non amitti, ſed præmitti, & occaſionem non eſſe dandam Gentibus, ut nos meritò reprehendant, quin quos apud Deum vivere dicimus, extinctos ac perditos lugeamus; Nihil enim prodeſt verbis proferre, & factis deſtruere veritatem.

RECTOR
JOHANNES QVISTORPIUS, D.

In noſtrâ pie defunctâ Virgine Margaretha **von Thienen**/ cui nunc imus exequias, cum adhuc anima in ergaſtulo ſuo reperiebatur, animadvertebantur divinæ providentiæ, donorum Spiritus ſancti, ac veræ regenerationis illuſtria ac ſingularia teſtimonia. Quæ ut interrupta conſervaret, nec ab inmundo mundo corrũperetur, præmaturâ quidem, ſed ſuavi ac placida migratione, ex preſſuris & anguſtiis magni hujus vitæ diluvii, in portum cœleſtem vecta, beatiſſimo Filii Dei conſpectu jam fruitur, & à Deo perfectè agnito, ſapientiæ, veritatis, læ-

tis, lætitiæ & gloriæ æternæ, & nũquam intermorituræ, perenni luce perfuſa, DEUM ſine fine celebrat. Longe melius & multo præclarius, quàm in hiſce terris poſt ſe relinquit, patrimonium in cœlis adepta, & heres Dei atq; coheres Chriſti, regina deniq; & domina cœli effecta. Id Parens Prudentiſſimus ſecum pie expendens, luctui modum ſtatuendum eſſe ducet. Scimus aliàs, quod impreſſæ ſint divinitus cordibus hominum στοργαὶ naturales, quæ in illis expreſſiores & flagrantiores conſpiciuntur, qui naturæ ſunt generoſioris & nobilioris, & ex ſe procreatas amore verè paterno complectuntur, & in felicitate liberorum, lætiſſima mente & animo gaudent, ſed eorundem caſu, triſtiſſimo corde, valdè admodũ dolent. Quocirca nullum eſt dubium, quin Amplisſimus Senator Dn. CHRISTIAN von Thienen/ ob denatam filiam florentiſſimam,

ſibiq;

ſibiq; aliàs ſatis afflicto prompte inſervientem, quā ardentiſſimo amore proſecutus eſt, in ſummo nunc verſetur mœrore. Nata fuit ILLA d. 7. Decemb. Ann 1639. Et decimo ejusdem Menſis, Chriſtum JEſum in Baptiſmo induit. Mater B. Gerdrut Schnittlers/ matrona pia, eam ex hac vita in cœlum præceſſit ante annos tres. Avus hujus defunctæ paternus, fuit Dn. CHRISTIAN von Thienen/ Vir Senatorii ordinis ſpectabilis. Avia Paterna MARGARETHA Papken/ fœmina laude digniſſima. Avus maternꝰ eſt JOHANNES Schnittler/ Civis Roſtochienſis præcipuus & depontanus. Avia materna B. ELISABETHA Güſebiers/ jam olim mortui Senatoris optimi filia. Ex his prognata, vitam in omni pietate & modeſtia transegit, & Patri viduo ſolatio fuit. Eamq; Deus vegetam ſervavit, adusq; 18. diem Martii, currentis Anni, quò manè circa

h. V.

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn777419696/phys_0009
DFG

h. V. matutinam, in febrim incidit, quæ usq; adeò vires proſtravit, ut haud multo poſt, d. 27. Martii circa ſeptimam matutinam, vitam cum morte commutare coacta fuerit. Ipſa in lecto Dominum quæſivit, & accerſito Pœnitentiario Admodum Reverendo Dn. CASP. MAURITIO, Theol. D. Prof. P. & Superint. graviſſimo, Commilitone in Chriſto pl. æſtimato, ſibi ſterni menſam DOMINI curavit; Peractâ hac cōmemoratione mortis Chriſti, anxie mortis ſuæ horam, & Sponſi cœleſtis manifeſtationem, veluti prudens Virgo, expectavit. Habet , DN. von Thienen / filiola corporis vinculis nunc ſoluta, Patrem cœleſtem, habuit & terrenum, & uterq; eam amore paterno complexus eſt. Sed cum ille ſolus ſciverit, utrum filiæ in his terris manere, an inde exire conduceret & expediret: Et verò, ut hinc abiret, utile eſſe, ipsâ evocatione teſtatus

ſit, in

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn777419696/phys_0010
DFG

ſit, in illa cæleſtis patris voluntate, Pater terreſtris, cum devota gratiarum actione, patienter acquieſcet. Et Regii Prophetæ Davidis exemplum imitabitur, qui moriturum filium flebat, mortuum non dolebat. Flebat, ne ſibi eriperetur, ſed flere deſiit ereptum, quem ſciebat eſſe cum Deo. Moneamur autem omnes, ut lumbos præcingamus, & lucernas noſtras accendamus, & ambulemus veluti viatores, ad nutum & juſſum Creatoris noſtri, hinc deceſſuri & in æternam vitam abituri, ubi nulla ægritudo, nulla triſtitia, nulla mors, ubi ſumma felicitas, ſumma vita, ſumma beatitudo. Cæterum cum triſtitiam, quo Pater bonus ex obitu chariſſimæ filiæ afficitur, charitas, commiſeratio & condolentia, quam in proximo conſpicit, multum leniat, nos quoque vicem Parentis mœſtiſſimi dolere, & cum flentib9 flere, atque ultimum Chriſtia-

næ di-

næ dilectionis officium, ſorori in Chriſto noſtræ præſtare debemus. Quapropter rogo & hortor Academicos ac literatos omnes, ut ad funeris, quod hodię h. I. in Mariano templo fiet, deductionẽ lugubrem, frequentes conveniant, ſuum erga Senatorem & amicum amorem & gratitudinem declarent, & defunctæ exequias funebri officio celebrent ac cohoneſtent.

P. P. Roſtochii d. XXX. Martii
An. cIↄ Iↄc LX.

Sub Sigillo Rectorali.

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de
/rosdok/ppn777419696/phys_0013
DFG

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de
/rosdok/ppn777419696/phys_0014
DFG

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn777419696/phys_0015
DFG

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn777419696/phys_0016
DFG

ſit, in illa cæleſtis patris [illegible] ite, Pater
terreſtris, cum devota [illegible] m actio-
ne, patienter acquieſce [illegible] egii Pro-
phetæ Davidis exemp [illegible] itabitur,
qui moriturum filium [illegible] mortu-
um non dolebat. Fleb [illegible] bi eripe-
retur, ſed flere deſiit e [illegible], quem
ſciebat eſſe cum DEO. [illegible] mur au-
tem omnes, ut lumbo [illegible] gamus,
& lucernas noſtras acce [illegible] s, & am-
bulemus veluti viatore [illegible] utum &
juſſum Creatoris noſtri [illegible] eceſſuri
& in æternam vitam abi [illegible] bi nulla
ægritudo, nulla triſtitia [illegible] ors, ubi
ſumma felicitas, ſumm [illegible] ſumma
beatitudo. Cæterum [illegible] ſtitiam,
quo Pater bonus ex o [illegible] riſſimæ
filiæ afficitur, charitas, c [illegible] ratio &
condolentia, quam in [illegible] o con-
ſpicit, multum leniat, [illegible] que vi-
cem Parentis mœſtiſſim [illegible], & cum
flentibꝰ flere, atque ulti [illegible] hriſtia-
næ di-

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn777419696/phys_0017
DFG